



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 79. Franciscus I. Lugdunum profectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

lege, ut is, si Galliarum Regnum obtineret, cum plena jurisdictione ac dominio Anglis Normaniam, & Aquitaniam, Cæsari vero Burgundiam, & Arthesiam cederet, simulque omnia jura, quæ Franciæ Reges in Italia habere contendunt, in eundem Imperatorem transferret. Cum hæc pacta non nisi verbo promissa essent, Connestabilis unacum Beorino San-Bonnetum in Hispaniam mittebat, ut cum Cæsare, priusquam in Italiam abiret, fœdus firmaret.

Sæcul.XVI.

A.C.1523.

### §. LXXIX.

#### *Franciscus I. Lugdunum profectus.*

Totum hoc negotium tam religiosa taciturnitate premebatur, ut Franciscus I. re nondum comperta jamjam in Italiam iter aggrederetur. Attamen vix Sancti Petri Monasterii oppidum ad Niverni, ac Borbonii confinia situm attingerat, cum ecce! Matignones, & Argugius, ambo Connestabilis Officiales ad Regem accurrint, eumque monent de secretis, quæ eorum Dominus cum Cæsare foveret, consiliis adduntque eum Comitis Rucensis ministerio clam conspirationem moliri. Præter hæc haud plura dicere poterant, utpote de aliis a

*Mem. du Bellai l. 2.*

*Saint Pierre le Moustier*

*Roeux*

*Leur-*

Sæcul. XVI. Leurcyo Connestabilis Cubiculario non  
A.C. 1523. edocti. Re percepta Rex biduo adhuc  
 Monasterii morari voluit, priusquam  
 Molinum peteret, ubi Connestabilis  
 morbo detentus hærebat. Evidem  
 Franciscus, cum nonnisi viginti Proce-  
 ribus stipatus esset, hanc urbem ingre-  
 di verebatur, quocirca, donec copiæ,  
 quas præstolabatur, adventarent, ani-  
 mo volutabat, quid in præsenti rerum  
 statu decerneret. Non pauci quidem  
 eidem auctores fuere, ut Connestabilem  
 comprehendi juberet, rejicit tamen hoc  
 consilium, ac suppetiis militum, quos  
 exspectabat, tandem advenientibus di-  
 xit, quod mallet clementia, quam acer-  
 bitate seditionem extinqueret; hinc mox  
 Molinum contendit, ut ipsus Connesta-  
 bili colloqueretur.

## §. LXXX.

*Borbonius Connestabilis Molini a Rege  
 invitus.*

**R**ex cum Connestabili perbenigne con-  
 ferebat, his verbis eum alloquens:  
 tanto te non solum ob sanguinis pro-  
 pinquitatem sed maxime ob virtutum  
 tuorumque meritorum prærogativam  
 prosequor affectu, ut illo permotus tibi,  
 quæ percepisti, sincere manifestem. Nu-  
 per a Viris rei conscius admonitus sum,  
 quod